

¹⁾ Nach der Vorbemerkung p. 107 aus dem Jahre 1369.

1432 Februar 29, Basel.

Nr. 102

*Konzilsprotokoll.*¹⁾ *NvK als Orator Ulrichs von Manderscheid.*

Kop. (wenig später): PARIS, *Bibl. Nat.*, lat. 15623 (künftig: P) f. 5^{rv} (nach dem Protokoll des Konzilsnotars Brunet); ROM, *Bibl. Vat.*, *Regin.* 1017 (künftig: R) f. 99^v–100^r (nach einer Zusammenstellung des Konzilsnotars Chesnelot (?); vgl. RTA X S. LXVI mit Erörterung der Abhängigkeit vom Protokoll Brunets). Zu den Hss. vgl. CB II S. IX–XXI und RTA X S. LV–LXX.

Druck: CB II 44–48.

Erw.: Vansteenberghe 53 (verwirrt) und 56; Meuthen, *Trierer Schisma* 106.

P: Die veneris ultima februarii in congregacione generali tenta in loco consueto, postquam ambassiatores domini electi Treuerensis requisivissent dilacionem prestandi iuramentum solitum concilio usque ad adventum nunciorum dominorum archiepiscoporum Coloniensis et Maguntini, nichilominus inductione facta super requesta eorum prestiterunt iuramentum solitum et incorporati sunt concilio.

R: Die veneris ultima mensis februarii in congregacione generali . . . , postquam nuncii et oratores domini Virici de Venderchert electi Treuerensis requisivissent dilacionem de se incorporando sacro concilio et iuramento in talibus consueto prestando saltem ad adventum nunciorum dominorum archiepiscoporum Coloniensis et Maguntini, nichilominus tamen, habita aliqua deliberacione inter dominos de concilio super dicta requesta, ipsi nuncii dicti electi, videlicet dominus abbas sancti Mathie extra muros Treuerenses, magistri Nycolaus de Cusa decanus de Confluentia et Helbicus de Bopardia decanus Wesaliensis, mediis iuramentis solitis recepti et incorporati sunt.

Es folgt die Verlesung verschiedener an das Konzil gerichteter Briefe.

Deinde . . . domini ambassiatores prefati domini Treuerensis habuerunt audienciam, supplicantes concilio, ut super controversia incoata inter dominum Spirensem translatum et electum Treuerensem pro pacificacione et concordia vellent laborare; et fuit conclusum, quod tam super eorum requesta quam eciam requesta facta per officialem Basiliensem alterum promotorum nomine domini translati, quod domini de deputacione pacis avisarent de modo, et eciam quod scriberetur domino Spirensi, quod veniret et audiretur, et medio tempore processus iam ad instanciam domini Spirensis fulminati cessarent, quousque aliter foret ordinatum.

Quibus lectis nuncii et oratores dicti domini electi Treuerensis audienciam habuerunt et finaliter supplicarunt sacro concilio, ut super controversia orta inter ipsum dominum electum et dominum episcopum Spirensem translatum ad ipsam ecclesiam Treuerensem pro pacificacione et concordia concilium dignaretur operam dare. Super quo placuit, quod domini de deputacione pacis avisarent de modo concordie et scriberetur dicto domino translato, quod veniret ad concilium et audiretur; et quod medio tempore processus iam ad instanciam ipsius domini translati fulminati suspenderentur, quousque aliter cum concilio esset ordinatum.

Es folgt die Zuweisung zahlreicher Konzilsväter an die vier Konzilsdeputationen.

Pro fide . . . dominus N. de Kosa decanus Confluentie . . .

In deputacione fidei . . . dominus Nycolaus de Cusa decanus Confluentie . . .

3 Treuerensis verbessert aus Traiectensis P 12 Cusa verbessert aus Cosa R.

¹⁾ Die Kontroverse um die Protokollführung auf dem Basler Konzil und den Charakter der überlieferten Protokolle (vgl. u.a. CB II S. VII–XXI; RTA X S. LV–LXX; CB VII S. IX–XXV und LV–LXIII; CB VI S. XXX–XL) hat ergeben, daß das „Konzilsprotokoll“ aus den Protokollen der einzelnen Konzilsnotare besteht. In diesem Sinne ist „Konzilsprotokoll“ hier und im folgenden zu verstehen.